147/21

[1743] August 10., "*sacrâ divo Laurentio*", Bensheim[1] A

SCHREIBEN[2] VON [LT.] B[EAT] F[IDEL] ZURLAUBEN VON GESTELENBURG AN P. EUGEN [ZUMBACH, IM KAPUZINERKLOSTER ZUG]

"*Laudetur* ***Jesus Christus***
B[eat] F[idel] A[nton] J[ohann] D[ominik] à Lauben de Gestellenburg &c. Salutem dicit Suo Reverendo D. Patri Eugenio Seraphici ordinis Sacerdoti ... Patrono Colendissimo.
*Ex mei Patrui Litteris praeingens me absorbet gaudium de Constanti tua in me amicitiâ; quo titulo mei gratiâ tanti à me aestimandus Sistat benevolentiae animus, nescio neque Calleo. Ut ut sit haec humanitatis Specimina Suavissime meam titillant Superbiam. Credas autem, velim, Amice Antiqui Roboris, Suasor Pijssime, quod praesapienti de tua famâ non minori Laetitiâ, aequiori verò aestimatione meno mea delectetur. Nestoreos tibi voveo annos, gradusque adeò Sublimes in Virtutis Semitis tibi exopto, ut hoc ex pulvere evolans a[nim?]a eandem erga me apud DEUM Omnipotentem Servatura sit amicitiae Constantiam. interea mei ne obliviscaris in Sacris tuis Precibus, Virtus quarum intercedente Beatissimâ Virgine [****Maria****] per Vitae meae praecipuéque periculosi Martis tempestatem [gemeint ist der Krieg zwischen Frankreich einer- und u.a. Österreich, England und Holland anderseits um die österr. Erbfolge] á cunctis sit me liberatura Animae et Corporis damnis, est mihi persuasum. Detur etiam, oro, praedesideratum responsum, Vivam, moriarque Veneratione maximâ, perpetuâque gratitudine perfusus in Reverentiam tuam mihi Colendissimam Servus humillimus ...*
*R.P. Policarpus [****Bernhard****] Elemosynarius [- dieser Kapuziner war von 1740 bis 1747 Feldgeistlicher in der Kompagnie Erlach in franz. Diensten -][3] nobis Carissimus bené valet, multamque tibi dicit Salutem.*"

1) *In der Datumszeile steht bezüglich des Absenderorts: "in Castris Benheimensibus Leucâ distantibus à fortalitio Rhenano [König]* ***Ludovici [XV.] Magni***"
2) *s. die Antwort auf diesen Brief unter Zurlaubiana AH 139/66*
3) *s. H Franciscana 15 (1984) Heft 2, 123*

Kopie von Abbé **Beat Jakob Anton** Zurlauben - AH 147, 42